

Joachim Hartmann

**Programma Fvnebre, Qvo Memoriam Et Euthanasian Viri Qvondam
Praecellentissimi Amplissimi Et Doctissimi, Domini Davidis Richteri,
Philosophiae Doctoris Fvlgidissimi ... Indeqve Ad Beatam Vsque Mortem
Rectoris, Longe Meritissimi Et Celeberrimi, Parentis Optimi Die 9. Febr. A. R. S.
MDCCLIII. Aetatis LXV. Beate Defvncti Cvm, Institvtis Die 25. Febr. D. A.
Solemrioribvs Exseqviis, Eivs Exvviae Haereditario In Templo Gvstroviensivm
Cathedrali Sepvlcro Decenter Committerentvr ... Pro Consolandis Moestissimis
Lvgentivm Animis, Praemisit**

Rostochii: Typis I.I. Adleri, [1753]

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1797153927>

Druck Freier  Zugang





Circa 80 Protokolle Privatrecht-Programme,
meist Forderungen in dazujen bürgerl. Familien betr.

(Zinsvertrag in nobilitierten Familien:


Nettelblatt, Preen, Quistorp, Schoepffer, Schuckmann
i. O.)

82 Stücke

Mk1b Gen - 40
2/3 II

9
Hain.
1833.





1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30


Leichenprogramme, alphabetisch geordnet
nach d. Namen d. gefeierten Person, nebst Sterbejahr.

L - Z

1. Quistorp, Anna Christina, geb. Lenthe. 1753
- 2/3. Luger, Johann Georg. 1748.
4. — — — (Vater). 1751.
5. Mantzel, Kaspar. 1735.
6. — , Maria Justine Margarete. 1742.
7. Schweder, Margarethe, geb. Meyer. 1728.
8. Neusling, Catharina Margareta verh. Pries. 1733.
9. Michelsen, Andreas. 1730.
10. Becker, Catharina Elisabeth, geb. Michelsen. 1744.
11. Michelsen, Christoph Andreas. 1746.
- 12/13. Jaddel, Elsabe Dorothea, geb. Michelsen. 1745.
14. Müller, Karl Ludwig. 1761.
15. Nettelblatt, Heinrich [Vater] 1735.
- 16/17. — — — [Sohn] 1761.
18. Neucranz, Anna Margareta. 1726
19. Niehenck, Joh. Balthasar. 1738.
20. Niemann, Johann. 1746.
21. — , Michael. 1729.
22. Oerthling, Joachim Felix. 1745
23. Meyer, Anna Maria, geb. Pauli. 1738.
- 24/25. Engelsen, Maria, geb. Pansen. 1738.
26. Petersen, Johann Christian. 1766.
27. Pohn, Wilhelm. 1751.
- 28/29. Pries, Joachim Heinrich. 1763.
30. Quistorp, Hugo Theodor. 1732.
- 31/32. — , Johann Jakob. 1767.
33. — , Lorenz Gottfried. 1743.
34. — , Johannes Christian. 1722.

35. Ressor, Julius Friedrich. 1740
36. Redeker, Heinrich Rudolf. 1716.
37. Richter, David. 1753.
38. Danckwarth, Catharina Emerentia geb. Schaeffer. 1737.
- 39/40. Schaper, Johann Ernst. 1721
41. Scheffel, Heinrich Gustav. 1738.
- 42/43. Schmidt, Jonas. 1745.
- 44/45. Schaeppfer, Johann Joachim. 1719.
46. Schuckmann, Heinrich. 1706.
47. Dörcks, Margaretha, geb. Schuckmann. 1731.
48. Schmidt, Isabe Margaretha, geb. Schwabe. 1743.
49. Zeidler, Anna Emerentia, geb. Schwartz. 1729.
50. Senst, Agneta Sophie, 1729.
51. — Hermann Peter. 1728.
- 52/53. Sibeth, Karl. 1734.
54. Sivers, Jakob. 1729.
55. Luger, Christine Elisabeth, geb. Spalding. 1746.
56. Spalding, Johann David. 1757.
57. — Thomas. 1743.
58. Burgmann, Anna Christina, geb. Stein. 1773.
59. Stein, Walthier. 1739.
60. Stever, Johann Kaspar. 1729.
61. — , Johann Valentin. 1755.
62. — , Theodor Mattheus. 1735.
63. Stieber, Georg Friedrich. 1755.
64. Wetken, Catharina Margareta, geb. Stindt. 1743.
65. Stolte, Christian Rudolf. 1680-1731.
66. — — — 1711-1736.
Heinrich Christian. 1715-1736.
67. — , Peter. 1733.
68. Jöppel Margareta Catharina; verh. Oldenburg. 1774.

69. Verpoorten, Theodor. 1728.
70. Weiß, Margaretha Agnes, geb. von Heidenkopf. 1726.
71. Weidner, Johann Joachim. 1732.
72. Weiß, Gottfried. 1697.
73. Wetken, Johann Georg. 1716.
74. Wilde, Joachim. 1737.
75. Weidner, Johann Joachim. 1732.
76. Barnstorff, Anna Margaretha, geb. Willebrand. 1724.
77. Willebrand, Martin Albert. 1746.
78. Stein, Anna Dorothea, geb. Wolff. 1744.
79. Wolfraath, Dietrich Samuel. 1753.
80. Wulf, Catharina Margareta, verh. Stein. 1734.
81. Zaidler, Johannes. 1727.
82. Zinck, Johannes. 1732.



PROGRAMMA FVNEBRE;

QVO

MEMORIAM ET ETΘ ANAZIAN

VIRI

QVONDAM

PRAECELLENTISSIMI AMPLISSIMI ET DOCTISSIMI,

DOMINI DAVIDIS RICHTERI,

PHILOSOPHIAE DOCTORIS FVLGIDISSIMI,

GYMNASII GVSTROVIENSIS AB ANNO 1718. AD ANNUM 1725
CON-RECTORIS,

INDEQVE AD BEATAM VSQVE MORTEM RECTORIS,

LONGE MERITISSIMI ET CELEBERRIMI,

PARENTIS OPTIMI

DIE 9. FEBR. A. R. S. c1010ccliii. AETATIS LXV.

BEATE DEFVNCTI

CVM, INSTITVTIS DIE 25. FEBR. D. A. SOLEMNIORIBVS EXSEQVIIS,

EIVS EXVVIAE

HAEREDITARIO IN TEMPLO GVSTROVIENSIVM CATHEDRALI SEPVLCHRO

DECENTER COMMITTERENTVR

BREVI DELINEATIONE DESCRIPTVRVS

PAVCA AD *Ευδαίμωνιστον*, MAXIME, CHRISTIANAM, SPECTANTIA

ET EX ORACVLO SACRO APOC. XIV, 13.

ILLVSTRATA,

PRO CONSOLANDIS MOESTISSIMIS

LVGENTIVM ANIMIS,

PRAEMISIT

B. DEFVNCTI GENER FIDISSIMVS,

D. IOACHIM HARTMANN,

C. D. C. P. P. O. S. M.

ROSTOCHII,


TYPIS I. I. ADLERI, SEREN. DVCIS AVL. ET ACAD. TYPOGR.

PROGRAMMA FUNEBRE
MEMORIAM ET ELOGIA
VIRI
ET
PHILOSOPHAE DOCTORIS ET DOCTISSIMI
DOMINI DAVIDIS
RICHTERI.

GERHARDUS, LOC. THEOL.
TOM. XII. p. 336.

Mortis utilitas non est constituenda in quadam *ἀνταρξία* & *ἀναισθησία*, quæ omnis boni ac mali sensum penitus homini auferat, sed in liberatione a Jugo peccati & crucis, a periculis & adversis omnibus, in translatione ad suavissimum consortium cum Christo & omnibus electis in cœlo triumphantibus, in locum quietis & securitatis, in Paradisum & regnum gloriæ.

PRO CONSOLANDIS MORBENTISSIMIS
LUGENTIVM ANIMIS
B. DEIVNGI GEMER FIDISSIMVS
D. IOACHIM HARTMANN,
C.D. P.R.O.F.E.S.S.
ROSTOCHII
EXMPT. ADIBERI, SEREN. D. C. S. V. A. L. ET ACAD. TYPOG.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



Nullum profecto est omnium officiorum, quae a filiis exhibentur parentibus, eo gravius atque molestius, quod post mortem efflagitat pietas, ultima traditura parentum fata. Nec magis impedita mens esse potest, quam ubi amor, quo intensior in terris alius esse nequit, exquisitissimis exagitatus doloribus, inter suspiria et lacrymas, quod perferens ex tanti jactura boni, describere taedium, sibi et aliis, quae nec ipse spernat, nec aliis aequae dolentibus contemnenda sint, anquirere solamina debet. Ita profecto propria pro dolor! tristissimaque edoceor experientia. Exanimata fiebile feretrum sensibus exhibet ossa beate defuncti parentis. Cessat dulcissimae quondam consuetudinis fructus: cujus, cum tanto quondam gauderet jucundiori amoenitate, quanto, per eruditionem beati parentis, et suavissimi amoris continua documenta, majoribus ornatus erat deliciis, nunc profecto amissio tanto graviolem procreat dolorem, quanto non amissi quondam erat ardentior expectatio. Mentem amatissimi parentis discessu maximopere contristatam amissorum simul tot bonorum recordatio magis etiam excruciat. Redit ex moestissimo luctu per exigua intervalla, quaerens, quibus se reficiat, solatia, animus: circumspicit: et tantum abest, ut, quo se consoletur, inveni-

A

niat,



niat, ut majorem sentiat angorum copiam. Adstat funeri pientissima mater, amarissimis conspicua fletibus, atque et sui amantissimum et sibi charissimum conjugem omnium fortunarum comitem sociumque longe dulcissimum, vitae solatium unicum, acerbissime dolens, et fata propria deplorans, si quae alia, amaritudine plenissima. Ibi beate defuncti filios, hic filiam unicam, thalamo junctam mihi, lugentes deprehendo, singultibus atque lacrymis moerorem prodentes, qui moestissimum omnium replevit omnino animum. Ita, qui, quod erigere prostratam mentem posset, anhelo pectore desideravi, in nova continuo incido moestitiae obiecta et argumenta. Et quorum sacer amor solaminum scaturigines ostendere debebat, eos magis, certe non minus, consolationum indigos cerno. Dolor sic dolori additur, et ex luctuum abysso emergens aliquando mens, novis perturbata terroribus, quo se vertat, haeret in suspenso: meditatur: venerabunda potentissimam dirigentis omnia sapientissimi Numinis manum devota, ut decet, pietate, colit: tum dolore perfusa ad explenda revertitur debita defuncto officia. Nec quidquam defunctorum desideratissimi recordatio, quo tranquilletur agitatus animus, relinquit, praeter ea sola, quae venerandissimi parentis memoriam conficiunt, *εὐδαμονίας* exoptatissimi Soceri, perpetuo quodam consensu, evincentia. Atque ista quidem animi, cur, memoriam b. defuncti parentis scripturus, quantum perturbatio contristatae mentis patitur, pauca ad *εὐδαμονίας* spectantia praemittenda sumserim me commovit conditio.

Eam vero, quae perfectionem quamcunque exprimit, mortis molestias limitantem seu extenuantem, recte crediderim dispecsi in naturalem et moralem, atque hanc denuo dividi in naturalem s. philosophicam et Christianam. Quam naturalem diximus, ea rationes habet a nostra voluntate haud quaquam pendentes, nisi quatenus perplexa admodum moralium atque naturalium, explicatu nobis difficilis admodum, si non impossibilis, connexio hic potest in censum venire. Moralium vero altera ex liberarum actionum determinatur directione naturali, altera ad gratiam respicit mentisque independentem conditionem, atque ex eo solo principia repetit fonte. Quae naturalis nuncupatur nobis, rationibus nititur vel internis vel externis; illa ex praedicatis absolutis, haec ex relativis derivatur.

Laudent, quam naturalem moralem diximus, alii, et, quantum perfectionis ex moralibus, pro mitiganda mortis acerbitate, derivare queat natura, suis mensurent modulibus. Mihi, qui deplorandam generis humani ex statu peccatorum resultantem novi miseriam, natura moralis non nisi terroris ex instanti morte oriundi argumenta praebet, quo imperfectionum suarum moralium conscia mens perfundi debet, sive immortalitatis suae certa sit, sive dubia ejus agitetur incertitudine. Neque mutare sententiam possunt dulcissima suis amicis sive Stoicorum sive Socraticorum sive Platoniorum de statu post mortem somnia: vanissima, illa, et propter defectum verioris ignorantiam, et propter corruptionis humani generis profundissimae ignorantiam, et propter fiduciam meritorum maxime inanem, hinc fundamento destitutam spem, ex justitia divina remuneratoria conceptam. Firmissima mihi stat Divi Pauli sententia, spe destitutos dicentis homines sibi relictos, Ephes. II, 12. ut firma ex conscientia rectitudinis actionum suarum contra amarissimam sibi mortis memoriam solamina capere nequeant, sed redeunte mox accusatione mox excusatione conscientiae, Rom. II, 15. non nisi turbatam ex cogitatione futuri gerere mentem possint.

Hoc tamen, si qua hominis, ut nunc est, sibi relictis, ponenda sit *εὐδαμονία* moralis, certum erit, eam, nisi ex conscientia rectitudinis actionum et officiorum



ciorum, sive in statu naturali, sive sociali, eodemque civili, et ex muneris ob-
eundi ratione, praestandorum, custodia, repeti non posse, eandemque, pro-
pter recti certitudinem vel persuasionem, ex immortalitate animae futuraque
bonorum remuneratione inferre gaudium. Quae omnia quam in homine
sibi relicto inania sint, ex miserrimo ejus, quoad naturam spectati, statu mo-
rali abunde intelligitur. Et quamvis vana persuasio eosdem aliquando, quos
et ipsa procreat convictio, gignat effectus, illi tamen in hoc argumento pro-
fecto non possunt non esse maxime inconstantes, et, fundamento destituti, ex
omni parte inanes.

Quae ad naturalem, ut morali opponitur, *εὐθανασία* referri possunt,
ea vero parum felicitatis inferunt, ni per gratiam sanctificata habeantur.
Adnumeranda iis censentur nobis sequentia: 1) Aetatis longaevitas,
quae, quantum potuit, malis atque aerumnis caruit, iisdemque obruta
non fuit. Nam et ipsa Sacra Scriptura in fidelibus eam laudat. Non so-
lum enim ad promissiones divinas refertur ea Gen. XV, 15. Deut.
XXXIII, 25, et inter perfectiones fidelium pie defunctorum recense-
tur, Gen. XXV, 8. Jud. VIII, 32. 1 Par. XXX, 28. Hiob. V, 26. atque in enu-
meratione mortis eorum, quod vitae satis habuerint, diserte dicitur, Gen.
XXV, 18. Hiob. XLII, 12. sed etiam ad poenas improborum refertur, quod
ad aetatem penetrare non potuerint, Hiob. XXX, 2. Interim deproperan-
dum in hoc non est iudicium, cum etiam ex sapientissimis et summae divi-
nae bonitati consentientibus rationibus aetas negetur aliquando piis, ut
egregie, et prorsus conformiter iis, quae vates sacer canit, Eccl. XVII,
12. Auctor libri sapientiae docet Cap. IV, 7. 10. sqq. 2) Absentia
intensiorum circa tempus mortis sustinendorum cruciatuum: quem
statum naturae tranquillum facile dixeris, quemque *εὐθανασίας* ideam
ingredi, atque naturalibus perfectionibus, et iis quoque, quibus apud fideles
etiam mortis ratio levior redditur, connumerandum esse, tanto minus dubi-
tamus, quanto certius ista mortis conditio, quae cruciatibus moriturum non
angit, rationes non spernendas suppeditat, cur *somno* comparetur mors.
Quam quidem comparisonem ad naturalem mortis conditionem respicere
vel ex eo intelligitur, quod licet piorum morti maxime et *κατ' ἐξοχήν* con-
veniat, impiis tamen mors quoque tribuitur per obdormitionem superve-
niens, 1 Reg. XI, 10. XIV, 31. XVI, 6. 28. 2 Reg. XX, 21: ad perfectiones
vero, mortis molestias extenuantes, referimus ideo, quod improbis punitiva
manus justissimi iudicis, in malorum vindictam, mortem immittere aliquando
cruciatibus molestissimam legitur in Scriptura, Act. XII, 23. conf. 2 Macc.
IX, 28. Interim nec hic cito ferendum iudicium maligna consequentia con-
cludendo a statu naturali ad statum moralem, ejus, cujus aestimanda mors
est. Namque et improbis pro status naturalis conditione aliquando obtin-
gunt, quae in se ad bona referenda sunt, quod etiam de bonis naturalibus in
morte ponendis dici potest, cum gravissimae sint Dei, licet nobis, certe in
singulari, impervestigabiles, ad non turbandum naturae cursum, in ejusmodi
casibus, rationes. 3) Ad *εὐθανασίας* naturalem referimus absentiam, status
rationis exercitium cohibentis, hinc plenum, ad ultimum vitae halitum, ra-
tionis usum. Non operose conquirimus argumenta ad evincendum, quod
ad jucundam mortis ideam recte referatur etiam iste status. Possent ex opposito,
quod ad imperfectiones referendum nemo non largietur, idem facile colligi.
Possent exinde produci argumentum, quod ad felicitatem morientium jam
dudum relatus ille status deprehendatur, eo usque, ut etiam inter singularia
Platonis, inter ejus laudes posita, enumeratus sit istius morientis ille status, uti



videre est ex *Marfilii Ficini* vita Platonis, operibus ejus praemissa fol. 6 Sed mitto ista, nec in re evidenti magnopere laborandum puto in congerendis argumentis. Quodsi tamen de his meditari gestiat aliquis, is, puto, in exemplis piorum, ex quibus Jacobum, Gen. XLIX. 33. citasse sufficiat, in perfectione mentis, ex rationis usu, naturali, in eximio usu exercitii rationis ad disponendum de familia secundum Es. XXXIIX, 1, ad cogitandum instantem, per mortem subeundam, gravissimam status mutationem, in aeternum duraturam, Eccl. XI, 3. Ebr. IX, 27. ad circumspiciendum media, quae de futura animum certiore reddant felicitate, et in ipsa forsan senectutis descriptione, Eccl. XII, 2. ubi per solem et lucem cum S. R. *Moshemio* in eximio Theologiae moralis, stylo germanico elegantissimo edito, opere T. I. p. 324. intellectum et rationem intelligimus, concludendo ad oppositum et argumentando a minori ad majus, habebit, quae animo satisfaciant. 4) Externorum praedicatorum forsan huc etiam aliqua numerari possunt. Namque et pacificum, dum mors supervenit, statum huc recte referri posse censemus, cum etiam in descriptione felicis Patriarchae mortis, Gen. XXV, 8. idem habeatur, et forsan status familiae non infelix huc etiam posset adduci, si secundum verba Patriarchae Gen. XLVI, 30. sententia ferenda sit. A curis certe temporalibus magis liberum morientis iste praestat animum, quod ab *ευδαιμοσυας* idea non est alienum. Sed sufficiant ista quoad hanc *ευδαιμοσυας* speciem,

Alia maxime nobis consideranda est *ευδαιμοσυας*, ejusdemque Christianae dea. Describit eandem sanctus Johannes ex speciali mandato divino Apoc. XIV, 13. In quo quidem peregregio effato, ut vix credibile est, quanta sit interpretum, circa quaevis fere textus verba, differentia: ita longiori diversas sententias disquisitione hic examinare nihil opus, nec quicquam e re nostra futurum esse, censemus. Erudite citatas legere eas quisque poterit apud S. R. b. *Wolffium* Cur. Phil. et Crit. ad h. 1. Utique non magnopere juvat, quamcunque pro fine nostro amplecti sententiam voluerimus, cum omnes tandem, quod nos ex hoc dicto demonstratum volumus, conficiant atque confirment. Sive enim intelligas, per mortuos in Domino morientes, martyres, quasi dicantur propter Dominum morientes; quemadmodum quidem volunt *Carolus Gallus*, *Launaeus*, *Campegius Vitringa*, uti adparet ex hujus *Anacr. Apoc. Job. Apost. p. 662. sqq.* *Medus* referente S. R. b. *Wolffio* Curis. Phil. et Critic. ad h. 1. et *Grotius*, ut habetur ex *Crit. Angl. Tom. V. sive omnes fideles*, uti optime, quibus calculum nostrum facile adjicimus, sentiunt S. R. b. *Wolffius* l. c. et S. R. b. *Fechtius* Dissert. de beatitudine in Domino defunctorum p. 7. et S. R. *Bengelius* Orat. in Apoc. Job. germanico idiomate editis p. 791. et *Exeg. Apoc. Job.* lingua vernacula edita p. 785; ut hic de subiecto multum disputemus nihil opus est, cum praedicata, quae mortuis in Domino hic tribuuntur, aequae ad omnes fideles, ac ad martyres in specie, recte adplicentur, quod nimirum sint beati, quod beatitudo ipsorum jam *απ' αετι* imo etiam *απαρτι*, prouti *Bezae* visum fuit, citante modo laudato *Wolffio* ipsis conveniat, quod a labore suo quiescant, quod operum praemia habeant consecraria. Id vero non possumus quin moneamus, regulas interpretandi utique posteriori sententiae magis favere. Si enim talia esse subiecta statuendum est, qualia a suis permittuntur praedicatis: si amplitudinem sensus divini svadet Scripturae foecunditas: si notiones connexae, nullam exhibentes subiecti restrictionem, significatum latiore requirunt: Si loca parallela adjectionem, mortuis hic nuncupatis additam, fide decedentibus omnibus vindicant, prouti memorati modo Theologi nostri evincunt, omnino praevalet sententia de omnibus fidelibus morte beata defunctis



functis locum explicans. Sive porro illud ἀπάρετι, ἢ ἀπ' ἀρετι, ἢ ἀπαρετι ad vocem
 νεκροὶ vel potius ἀποθνήσκοντες, ex sententia *Caroli Galli*, *Hammondi* et *Cocceji*,
 referente *Campegio Vitringa* l. c. sive ad verbum ἀναπαύσονται, cum *Picherello*, *Laus-*
naeo et hos excitante *Vitringa* l. c. *Marckio*, allegato a S. R. b. *VVolfio* l. c.
Valla, *Erasmus*, et ipso quoque *Grotio*, uti habetur *Crit. Angl.* Tom. V. sive ad
 vocem μακάριοι, ut rectissime, et sententia sensus difficultate non labo-
 rante, statuit S. R. *VVolfius*. l. c. sive denique ad integrum axioma μακάριοι
 οἱ νεκροὶ, cum *Gatakero* in *Adv. misc.* Cap. 17, citante viro S. R. modo memo-
 rato, volueris referre; in ipsa sententia parum mutationis suborietur. Ab ipso
 mortis momento beati, et profecto, perfecteque beati sunt, qui in Domino moriun-
 tur, ab ipso mortis momento quiescunt a labore. Quin imo pone, quod fieri
 posse non negavero simpliciter, per illud ἀπάρετι denotari determinatum
 temporis momentum, certam Ecclesiae futuram periodum, et vel vocem coele-
 stem, quae scriptionem *Johanni* imperat, vel Spiritum Sanctum, beatitudinem
 de fidelibus illius temporis, speciali adplicatione, adfirmare, vel Spiritum San-
 ctum illam beatitudinem in cordibus fidelium illius temporis, eadem speciali
 adplicatione testaturum dici, vel vaticinio hoc nunciari, futurum, ut beatus ille
 status illo tempore publice et liberius in Ecclesia visibili praedicetur; non mo-
 do ista specialis adplicatio nihil impedit; quo minus de omnibus fidelibus in
 Domino morientibus eadem beatitudo etiam intelligatur, ad eosdemque appli-
 cetur, sed etiam ad mortis illorum atque horum momentum adeo necessario re-
 ferenda est illa beatitudo, ut mutilatum fisteret et non cohaerentem sensum,
 qui ab illo removeret. Cumque, qui ad unum l. alterum ex dictis modo tribus
 membris respiciunt, quando quaestio movetur: cur ad certum tempus referri
 ea beatitudo debeat? non nisi de maiori salutis vel gradu, vel comparativa mo-
 do aestimatione, sic restrictum explicare praedicatum possint; eo ipso no-
 bis consentiunt illi, quod praedicatum in se spectatum omni, qui in Domino
 moritur, a tempore mortis conveniat. Illi vero, qui hanc ultimam sententiam
 verum oraculi sensum ponunt, utique planissima incedunt via, et adplicatio-
 nem illam specialiore pariter facile admittunt, cum adsertum generale, in so-
 latium speciale adplicandum, omnino sapientissime scribatur fidelibus sta-
 tuti alicujus temporis. Per se vero patet, verum esse, beatitudinem iis, qui
 in Domino moriuntur, jam competere, cum adhuc versantur in terra, spe
 quippe beatis, secundum effatum *Paulinum*, Rom. II X, 24: unde, non male,
 quod et a *Grotio* et a S. R. *Bengelio* factum est, utramque beatitudinem, et spi-
 ritualem eam hujus vitae, et aeternam illam patriae coelestis, felicitatem, hic
 conjungi, largimur: ita tamen, ut, ad aeternam maxime respici in textu, ad-
 struamus. Quando autem *Hammondus* et *Coccejus* ita interpretantur hanc
 beatitudinem, quae in textu nostro de fidelibus enunciatur, ut ad finem ca-
 lamitatum praesentis vitae respiciant, quasi dictum sit, tantam in ea, quam va-
 ticinium respiciat, temporis periodo, futuram esse calamitatem, ut satius sit
 mori quam vivere, cavendum est, ne in ista sententia omnis ponatur eximii
 hujus oraculi sensus. Quamvis enim et hoc verum sit, vitae miserrimae
 hujus calamitatum omnium terminum, cum ipso vitae fine, attigisse fideles in
 Domino morientes, quemadmodum etiam, quiete a laboribus diserte nomi-
 nata, expresse innuitur, sensum beatitudinis hic nuncupatae subsistere vellet.
 Omnes illas itaque non immerito in explicatione hujus textus conjunget in-
 terpres fidelium felicitates, et spirituales, quibus in hac vita jam gaudent, et
 liberationem ab omni malo beata morte obtentam, et tandem, atque hanc ma-



xime quidem, futurae gloriae nunquam finiendam beatitudinem et salutem aeternam. Conf. S. R. Bengelii *Orationes in Apoc. cit. loc.* Describitur autem beatitudo ista fidelium aeterna 1) *generali* adleveratione, quod ab ipso mortis momento beati futuri sint. Ubi quidem beatitudinis idea tota adplicanda est, quam in visione beatifica et fruitione Dei consistentem egregie docet Davidis effatum Ps. XVII, *ult.* quamque beatam cum Deo unionem, jucundissimum beatorum inter se commercium, atque absentiam omnis mali continentem, exhibet illustris locus Apoc. XXI, 3. 4., omnium gaudiorum complexum involuentem describit Esaias Cap. XXXV, 10. 2) *speciali* descriptione, quietem ab omni molestia, labore, aerumna, exhibente, atque praemia ex manu Domini beatis obtingentia proponente. 3) *Initii* sui delineatione, quod sc. ab ipso mortis momento futurum sit. 4) *Certitudinis* illius beatitudinis efficacissima confirmatione, per testimonium Spiritus Sancti: sive illud intelligas, quod in Scripturis hic habetur, sive hujus in ipsis cordibus fidelium per Spiritus Sancti gratiam vividissimam atque efficacissimam repraesentationem, et quoad adplicationem ad ipsos fideles, certificationem. Utrumque enim recte comprehendi arbitror. 5), *Subjecti* hujus beatitudinis definitione, quae in ipsa beate mortuorum, per adjectionem expressam, determinatione habetur, quod sc. sint *in Domino morientes*, quibus ista conveniat fors felicissima: fidem sc. salvificam qui fideliter custodiverunt, vera fide vita defuncti. In fide enim sola est unica salus, nec sine fide ulla hominibus exspectanda post mortem felicitas. Quibus vero fide repletam Spiritus Dei concessit mentem, illi jam in hac vita beati, Ebr. VI, 4. XII, 22 sqq. mortem exultantes subeunt Ps. XXIII, 4. Prov. XIV, 34. et post mortem consummatae beatitudinis erunt participes, Phil. I, 23. Cumque in hac vita jam Spiritus Sancti habeant testimonium, quo ipsos de futura haereditate et felicitate certos reddit, atque, in ipsorum gaudium et exultationem, Spiritus, in verbo non modo, sed et per verbum in ipsorum cordibus, testetur, quod beati sint, et futurae quietis praemiorumque, non pro meritorum quidem illorum, sed per gratiam Dei credentibus constitutorum: sint participes futuri; manifestae, in eximio hoc loco, mortis molestias longissime superantes, vera fide e vita decedentium, exhibentur perfectiones. Fide repleta mens Christum intuetur, amplectitur, summum bonum amat, obsequio colit, omnia in Redemptore unico possidet, mundi felicitatem spernit, mansionem futuram quaerit, cum Christo esse desiderat, et cum eodem se futurum certissime novit: quid gaudium retardabit morientium ea mente fidelium? laeti moriuntur illi! En *ἐν Θεω αὐτοῖς*, quam *Christianam* diximus, quod fide Christiani, et veri Christiani sola fide vera, reddimur. O felicem mortem, quae terrenae vitae molestias aeterna compensat voluptate!

Atque ista quidem mortis fidelium felicissima conditio, quae cogitari possunt, *moralia* mortis molestias extenuantia, vere etiam complectitur. Nam ubi vera fides, ibi profecto tranquilla, ex gratis obtenta, propter meritum Christi, peccatorum remissione, conscientia, et, sanctificatione Spiritus renovata, mens, Deo placens, quae operibus fidei tribuenda est, rectitudinis memoria delectatur. Eaque vera rectitudinis recordatio omnem recti in hominibus naturalibus persuasionem longissime post se relinquit. Porro ubi vera fides, ibi fidei regimen officia cuncta dirigit: sic officiorum, sive in statu naturali, sive sociali, eoque civili, et ex muneris ratione, sive ex alia quacunque relatione, exhibendorum rectitudo per infinitam Dei gratiam tenetur. Imo quidquid imperfectionis haec vita residuum relinquit, id obesse, et vitae destrue-



destruere spem nequit, quod fide apprehensa et adplicata Christi iustitia, sanctitas atque rectitudo omnem imperfectionem vitae nostrae longissime exsuperat. Manet ergo sic, nec ulla ratione destruitur, fidelium rectitudinis Deo placentis conscientia. Tandem ubi vera fides, ibi Spiritus Sancti testimonium de futura felicitate, hinc verum ex animae immortalitate gaudium Ps. XVII, ult., quod admodum inane in homine naturali apprehenditur. Ita, quae, moralia, mortis minuere poterant amaritudines, ea vere in Christianis habentur.

Atque, quae naturalem *εὐδαιμονίαν* commendabant, mutabilia admodum, ut vidimus, si per Dei gratiam contingant in morte fidelium, donum gratiae merito habentur, et, fidelibus in bonum cedentia, eorum *εὐδαιμονίαν* magis illustrare possunt. Quid enim magis ornare fideles potest, quam quod, benedictione divina *longaeuitatem* concedente, in aeternum gaudium morte beata recipiendi *temporalis, spiritualis* et *aeternae* felicitatis a Deo promissae semet sentiant exempla, atque omnis generis divinarum promissionum documenta in se haberi intelligant? Quid magis laetos moribundos ipsos de instanti morte reddere potest, quam cum de gratia divina certissimi, *nulla* cruciatuum, ex *gravioribus* morbis provenientium, mole gravati et impediti, atque *usu rationis*, et per virtutem quidem verbi et gratiae *illuminatae*, pollentes, majori atque distinctiori fidei conscientia Redemptorem amplecti, et in occursum quasi ejusdem venire, salutemque sibi paratam laeto liberrimoque animo recipere queant? Quid tandem in fidelibus magis minuere ex naturali a suis separatione forsan naturaliter oborituram molestiam potest, quam quod provido sibi suisque benigno, Numini commendatissimos *sciant suos*, et convicti sint, qui tumultum in *pace* se ingredi voluerit, paratamque sibi, filiis suis, porrigat salutem, Patrem salutis aeternum, fore etiam suis providentissimum Patrem, benignissimum Redemptorem, et in omnem veritatem, tandemque ad lumen gloriae, ducentem Spiritum. Sic egregie omnia, quae *εὐδαιμονίας* ideam complere possunt, suavissime in idea *εὐδαιμονίας* Christianae, dulcissima, pro tollendo mortis timore, suggerentis principia, conspirant, cum vita transacta tranquillam relinquit mentem, atque de certitudine futurae felicitatis securam, et vitae actiones recolens animus nihil invenit, quod, proaerefeos rationem habens, morsus excitare conscientiae possit, cum integer vixit homo scelerisque purus, fidei simplicitate sanctitatem et divinitus demandata custodiens officia. Rom. XIV 8.

Atque ex limpidissimis hisce fontibus dulcissima tandem, pro consolanda mente B. Parentis morte afflicta, proveniunt solamina nobis, quibus singularis consuetudo cum b. defuncto, ejusque ipsa mors, tanta *εὐδαιμονίας* Christianae adplicanda suppeditat documenta. Enumerare quidem ista omnia verecundia non permittit, nec publica quadam celebratione collaudandi optimum parentem, est animus, quem, cognitum est, suis, iisque nullo modo suspectis, claruisse laudibus. Nostri solum hoc judicamus nunc esse officii, ut vitam b. Parentis, ejusque exstantiora quidem momenta, ultimaque fata, enumeremus, ex quibus, quam in solaminibus nostris veritatem habeamus *vincam*, suo poterit intelligi modo.

Erat annus 1688, quo providum benignissimumque Numen, inter vivos esse B. Parentem DAVI DEM RICHTERUM voluit, natum quippe ipso die 10. Nov. quem laetissima celebrem nobis reddit B. Magalandri MARTINI LUTHERI memoria. Patrem habuit CHRISTOPHORUM RICHTERUM, natum Rostochii a. 1651, die 13 Aug. *dein-*



deinde civem Guftroviensem, conficiendarum ex aere cyprio operarum gnariffimum fabricatorem, virum ex praefantanti corporis habitu, vultus decore, mentisque dotibus egregiis, civibus fuis etiamnum laudatum, tanta honeftate ornatum, ut Magnatum fibi favorem conciliaverit, tantaque pietate inftitutum, ut, nihil quidquam fractus per plurimis moleftiis atque aerumnis, quorum aliquae ad paupertatem fere redegerant, bonorum fuorum, per benedictionem Domini honeftiffime Guftroviae acqulfitorum, non exiguam profecto partem in Dei gloriam publice confecraverit, et liberaliffima manu templa Mecklenburgica plurima, fcholasque non paucas patriae noftrae, ornaverit, fuffectus Plaviae, Krakoviae, Neo-Brandenburgi, fuis fumtibus exftitit, coronis, urnis, candelabris, feneftris, vafis, ornamentisque plurimis templa Guftroviae, Plaviae, Wareni, Krakoviae, Ludershagii, Zer-rani, Goldbergae, Gogelovii, aliorumque locorum, condecoraverit, fcholis exftituendis ornandisque non parum fumtuum impenderit, pauperumque non raro, frumentorum diftributionibus, aliisque impenfis, fublevaverit inopiam. Rariffimum tantae erga pia corpora liberalitatis exemplum Deus omnium remunerator bonorum variis fecundae fortunae dotibus impenfiffime huic compenfavit, ut in ipfo quoque complementum, per benedictionem divinam, invenerit effatum Paulinum, 2 Cor. IX, 7. Tam honeftiffimae indolis Patrem cum veneraretur b. defunctus Socer, matre ufus eft virtutis et honeftatis laude non minus confpicua ANNA SCHMIDIA, filia natu majore Confulis Teteroviensis, quam fecundis votis, cum priori conjugae ANNA BERENDS, AMBROSII RICHTERI, civis Roftochiensis vidua, ex qua duo filios et tres filias fufceperat, morte privatus effet, nexu fibi junxit conjugali, ex eademque chariffima fibi uxore fex filios atque fex filias exofculatus eft, quorum quidem duodecim liberorum natu fecundus fuit b. defunctus Socer. Post puerperium duodecimum die feptimo dulce mors vinculum diremit illud, cum 18. duraffet annos, et acerbe b. tunc Senex, quam tantopere dilexerat, deflevit conjugem, in fignitam ab ipfo, chariffimae, probae, piae, Christianae, nominibus, quae fane optimas exhibent, quibus gaudere maritus poterat, fuae conjugis virtutes: jacturam deinde confolata fuit tertia vota longe faviffima, quibus fociam fibi conciliavit egregiae indolis virginem *Eleonoram Scherpeltziam*, cum qua tres filios et duas genuit filias. Adhuc dum in vivis funt familiaque florenti gaudent, filius unus duaeque filiae Natu major MARIA ELISABETHA, aliquor post mortem B. Parentis annis nupfit Viro Nobiliffimo, Mercatori impigerrimo Gufr., jam ante aliquot annorum intervallum morte exftincto, CHRISTIANO JOACHIMO W ARNEMÜNDE, cui quinque peperit filios, ex quibus quatuor adhuc fuperftites, fcientiae hinc, hinc artis fuae, laude digniffimi funt. Filia natu minor ELEONORA, Viro Praenobil. Dn. WULFFLEFF, Praefecturae Brodenfis Praefuli, nupta liberos peperit octo, optimae indolis. Ipfe vero maritus hoc ipfo, quo haec fcribo, anno, exftinctus eft. Ex filiis fuperftes adhuc Roftochii floret Vir Praecellentiffimus et Doctiffimus CHRISTOPHORUS RICHTER, ad Illuftris Cancellariae Ducalis Curiam, quae Roftochii habetur, Secretarius meritiffimus, qui ex faviffima vxore GOLDSTEDIA, duo, ex quibus filius optimae indolis fuperftes eft, genuit liberos. Ipfe vero b. Senex anno 1720. fuae aetatis 69. ad im mortalem coeleftis patriae vitam evocatus, uxorem reliquit viduam, deinde cum Viro Ampliffimo, Domino RUDOLPHO GEORGIO WIERM ANNO, Confule Neo-Brandenburgico matrimonium ineuntem tandemque mor tuam anno 1732. Atque ea fere funt, quae de Parentibus b. Soceri, eorundemque



demque exstantiori fortuna, dicenda videbantur. *Avum Paternum* B. Socer habuit CHRISTOPHORUM RICHTERUM natum *Vittebergae* ao. 1624. d. 15. Jul. Patre DAVIDE RICHTERO, et Matre DOROTHEA GERHARDIA, deinde civem Rostochiensem, et in aeris Cyprii operis artificem, honestatis et pietatis laude non exigua vitam integram ornantem. Aviam b. Socer coluit MARIAM KRIEGELIAM, filiam DAVIDIS KRIEGEL, Civis et Cyprifabri *Rostochiensis*. Avum Maternum veneratus est B. Socer, ut jam meminimus, Consulem *Teteroviensem* Nobilissimum, honestissimum, et de civitate sua meritissimum JOACHIMUM SCHMIDT. Aviam Maternam habuit HANNAM SCHMIDIAM, piam, castam, et omni laude sexus sequioris dignissimam. His majoribus, piis, honestisque gavissus B. Socer, quamprimum in lucem editus, eodem die, curante pientissimo Patre, coram testibus, pietatis laude ornatissimis, ministerio B. M. *Schroederi*, sacro baptismatis fonte initiatus est. Natum hunc suum ut intellectu et sapientia ornare Deus vellet, supplex rogavit Parens, et voti compotem se per gratiam divinam sensit, cum, filium ex ephebis excedentem singulari ad studia literasque ferri instinctu, intelligeret. Hic ergo concedente indulgentissimo Parente ingenio indulgit literasque sectatus est, cumque in inferioribus Gymnasii Patrii classibus satis firmasset latinitatis atque lingvarum fundamenta prima, anno 1705. die 5to Octobr. ex secunda in primam classem introductus, triennium ibi commoratus, institutiones solidissimas B. *Joachimi Ottonis*, et maxime M. *Jacobi Dürfeldii* avidissime excepit, ut anno 1708, cum Rostochium in Academiam abiturus esset, diligentiae et scientiae specimen singulare in Gymnasio *Gustroviensi* exhibere publice posset. respondendo Theses miscellaneas in festo Petri et Pauli defendens contra B. *Pfeifferum*, S. R. Dnum. D. *Stieberum*, *Hellwigium*, viros suae eruditionis laude praestantissimos, tum *Gustroviae* commorantes, *Opponentium* vices suscipientes, praeter eos, quos ex condiscipulorum numero B. noster sibi habuit *opponentes*. *Rostochium* deinde profectus B. FECHTIUM veneratus est hospitem, et Praelectionibus tum temporis Philosophorum et Theologorum Rostochiensium, maxime B. GRÄNENBERGII, FECHTII, GRAPPII, HENR. ASC. ENGELKENII, ea diligentia interfuit, ut anno 1711. Praeside B. FECHTIO in Cathedra Theologica defenderit *Examem Conciliationis articuli de justificatione contra Fabricium Helmstedtensem*. Deinde inclytam, quae *Jenae* floret, Academiam visitavit, ibidemque per aliquot annos Philologos, Philosophos atque Theologos maxime celebres, praelegentes audivit, BUDDUM, DANZIUM, alios, et diligentiae adhibitae eos fecit profectus, ut anno 1715. die 8 Junii, summos in Philosophia honores nancisceretur, eodemque anno et mense specimen eruditionis sifteret *Praeses* in Cathedram, respondente JOH. LAUR. BECMANNO, *Parchinensi* disquisitionem afferens, quae ex loco Lev. XXI, 16. הכהנים כעלי מי exhibited. Publicis deinde Praelectionibus operam navavit et non sine magno applausu indixit publice et praelegit *Collegia Philosophica et Philologica*, in Buddei elementa Philosophiae, et Danzii Grammaticam Ebr. Chald. porro: *Accentuatoria, Rabbinica, Exegetica, Homiletica, Disputatoria, Examinatoria*. Quod vero iis non impendebatur tempus istud suis privatis tribuit laboribus, et conquirit sedulo, quae deinde in lucem edere poterat indefatigabilis industriae documenta. Namque iterum ao. 1716. funestissimis illis trium homuncionum fatis, quos nefandissima auri fames adeo arsit, ut acheronta movere, quam precibus et labore uti, maluerint, occasionem prae-



bentibus, quatuor disputationibus, deinde forma peculiaris tractatus editis simul, pertractavit thema *de Conciliatione Spirituum*. Anno 1717. autem ex salutari ante ducentos annos suscepta a Lutero reformatione ecclesiae nostrae exsurgere gaudia secularia. Jubila ergo communia sua faciens B. Socer Jubilaeum celebravit edito libro, cui titulum fecit *Ausführliche Historie und Recht eines Evangelisch Lutherischen Jubilaei* &c. aufgesetzt von *M. Gotthold Praetorio, Veneto*, quo quidem nomine propria sibi nomina Davidis Richteri Gustr. tum placuerat exprimere. Deinde anno 1718. ad patria rediens arva, cum diem obiisset supremum Vir Praecell. et Doctissimus Gymnasii Gustroviensis Con-Rector fidelissimus et longe meritissimus M. JACOBUS DÜRFELD, in defuncti hujus Gymnasii decoris locum, gratia Serenissimi tum Regnantis Ducis Meclenburgici, CAROLI LEOPOLDI, gl. m. successor vocatus est B. Socer, eodemque anno, die 14. Octobr. a Viro S. R. et Doctissimo, *Dn. Johanne Christiano Schapero*, Superintendente Gustroviensi, ex mandato *Serenissimi Principis* introductus, muneris demandati partes suscepit obeundas, ipso, quo introductus est die, habita oratione solemni *de officio sapientis in tolerandis publicarum Scholarum naevis. Serenissimi et Clementissimi Principis* gratiam sibi exhibitam deinde veneratus est carmine gratulatorio in Natalem Principis, cito, postquam demandatum subiisset munus, die 26. Nov. redeuntem. Eodem anno 1718. sponsalia celebravit matrimonium iniiit cum praestantiss. Virgine CHRISTINA ELISABETHA DÜRFELDA, filia Antecessoris, quam ex conjugē svavissima ANNA SOPHIA SCHULTZEN susceperat, natu tertia: quodque dulcissimum svavissimum, et benedictione divina sacrum, ad obitum suum usque continuare per divinam gratiam potuit matrimonium. Spartam, quam nactus erat, summo studio ut ornandam semper quaesivit, ita quanta observantia quantoque studio Praeceptorem quondam suum, nunc Collegam, b. *Joachimum Ottonem*, Gymnasii Rectorem profecutus sit incredibile est dictu. Hujus ut levaret et solaretur senectutem ao. 1719. actum solemnem in Natalem Principis *Serenissimi*, quod caeteroquin Rectores sibi vindicant, adornavit Conrector. Programme ea occasione scripto, et quod folium patens antecedeat festum Natalem nuncians, data opera inquisiverat, *originem obligationis Diei Dominicae prae Sabbato*. Anno 1721. cum in coelestem patriam receptus esset b. *Joachimus Otto* annum gratiae solus curavit b. Socer, Rectoris et Con-Rectoris simul officia ferens, eodemque anno Natalem Serenissimi Principis Diem celebravit, Programme, *de Carolis magnis fautorum saevitia majoribus*, actum solemnem oratorium indicente. Anno 1725. cum Vir Pl. Rev. Doctissimus *vvv εν αγγλοις Carolus Joachimus Sibeth*, qui post Ottonis obitum Rector Gymnasii vocatus *Gustroviam* fuerat, ad *Sundenses* abiret Pastor, unde deinde *Dantiscum* vocatus est, b. defunctus noster ejus loco Rector Gymnasii *Gustroviensis* per Serenissimi Principis gratiam constitutus est, et Collegam simul obtinuit Con-Rectorem Virum Praecl. et Doctiss. *Dnum. Davidem Sandovium*. Eodem actu solemni a laudato b. *Schapero* introductus est uterque et ille quidem habita oratione *de discrimine quod intercedit poenas inter civiles & disciplinam docentium*. Atque ex eo tempore quotannis eruditionis specimina b. defunctus exhibuit: argumento, quod, inter tot labores scholasticos publicos atque privatos, aliquando etiam privatissimos, quos praelegendis Collegiis, diversas scientias referentibus, impendit, summo semper studio sectatus fuerit literas, omnemque animum suo dicaverit officio. Scriptorum multitudo singulorum descriptionem hic fieri non patitur. Quare singulorum,



rum, quotquot in manus pervenere nostras hic solummodo afferendum judicavimus titulum. Edidit ergo

1725. Programma de Natali Deorum.
 1726. Catalogum Lectionum publicarum.
 Programma de Magno I. Duce Mecklenburgico.
 Programma de numis sacris.
 Programma de templis.
 Programma de Rheniana Lingua Latina addiscendæ methodo.
 1727. Programma in Natalem Smi Ducis ac Principis CAROLILEOPOLDI.
 1728. Programma de Alexandri Magni Bucephala.
 1729. Programma Festum translationis bibliorum Lutheri germanicorum indicans.
 Programma de Iohanne, Theologo, Principe Mecklenburgico.
 Programma in Natalem Smi. Ducis & Principis DOMINI CAROLI LEOPOLDI.
 1730. Programma de Genealogia Luther.
 Programma de Henrico Hierosolymitano.
 1731. Programma de Henrici Leonis Principis Mecklenburgici gloriosa cognomentatione.
 1732. Programma de Alberto & Iohanne Ducibus Megapolensum primis.
 1733. Edidit Vberiore Genealogiae Lutherorum descriptionem, cum variis monumentis collectionem jam ante sibi comparatam per humanissimam Posterorum B. Lutheri ipso hoc opere descriptorum benevolentiam et largam liberalitatem auctam habuisset. Operis titulum totum inserimus, quia contenta Libri exacte exprimit, ita vero instructum deprehendimus: Genealogia Lutherorum, oder Historische Erzählung von D. Mart. Lutheri I) Heutigen Anverwandten, II) Hochzeits-Tag und seines Adlichen Gemahls familie, Kindern und Wittwenstand, III) Zeitiger Posterität aus Kayserl. Chur- und Fürstl. Diplomaten, ungedruckten Briefen und andern curiosen Nachrichten, also verfertiget, daß die Deutschen Opera Lutheri, Geckendorf, Mayer, u. a. m. verbessert, ergänzet, und alles bis auf gegenwärtige Zeit continuiret, auch mit saubern Kupfern gezieret worden, von M. DAVID RICHTER, des Hochfl. Gymn. zu Güstrow Rect.
 Bibliothecae Historicae de Rebus Mecklenburgicis Sciagraphiam et Specimen I.
 1734. Bibliothecae Historicae de Rebus Mecklenburgicis Sciagraphiam et Specimen II.
 1735. Programma in Natalem Smi. Ducis & Principis DOMINI CAROLI LEOPOLDI.
 1736. Programma de וְיָשָׁב עִירָא ex I Chron. III, 22.
 1737. Programma de Alberto Rege Sveciae & Duce Mecklenburgico.
 1738. Programma de Diplomatorio Penzliniensi.
 Biblischen Calender nebst einem kleinen Vorbericht von unterschiedlicher Einrichtung dererselben.
 1739. Programma de Magno I. & Iohanne II. Ducibus Mecklenburgicis.
 1741. Programma de Magno II. Duce Mecklenburgico.
 1742. Programma in Natalem Smi. Ducis ac Principis DOMINI CAROLI LEOPOLDI.
 1743. Programma de B. Morhofii Patavinitate Liviana.



Programma funebre in exequias Dni. THOM. SPALDINGII.

1744. Programma de Patavinitate Liviana.

1745. Programma in Natalem Dni. Ducis ac Principis DOMINICAROLI LEOPOLDI, in quo simul scrutatus est τὸ πρῶτον ex 2 Reg. XIX. 28. & Jof. XXXVII, 29.

1746. Programma de mortibus Boum, quod deinde recusum auctumque prodit.

1747. Programma cui titulus opera & dies.

1748. Programma de Christiano Ludovico I. Duce Meclenburgico.

1749. Programma de Actis Friderici Wilhelmi Ducis Meclenburgici, postea recusum.

1750. Programma de Gisela Imper. Conradi II. Salici Conjuge.

1751. Programma funebre in Sophiam Margaretham Dni. Enochii Zanderi conjugem.

Rationes Praelectionum.

Philippi Iulii Ducis Pomeraniae Diarium Itineris.

1752. Programma Historiam Indicum Latinitatis delineans.

Tot solidæ eruditionis atque scientiæ monumenta ardorem simul atque studium officio explendo dicatum laudatissimum beati nostri evincunt. Atque ex his quemadmodum Programmata, Historiam Ducum Megapolensium referentia, Historiæ patriæ inserviunt, ita Genealogia Lutherorum historiæ Ecclesiasticæ Lutheranæ partem illustrabit non exiguam, pariterque quam pro vera religione gesserit amicissimum animum devotamque fidei mentem manifestabit. Utriusque etiam alia atque non pauca in manus inciderunt argumenta. Eruditionem atque doctrinam ejus commonstrat etiam commercium literarum, quod cum eruditissimis atque doctissimis Viris, FECHTIO, KAPPIO, MOSHEMIO, CALLE NBERGIO, FROBESIO, GRÜBNERO, aliisque per plurimos, eidem intercessit. Pietatis, fidei & religionis testimonium integram beati Soceri vitam, cultum præsertim publicum Deo præstitum & mediorem gratiæ atque salutis usum, quem summa mentis devotione observare solebat, allegare possumus, præterea vero illius etiam documentum præbent preces ad Deum fusæ, literisque consignatæ, quarum insignem multitudinem inter MSCta Viri deprehendimus, ut magnam omnino ipsarum & multitudo & gravitas & argumenta, stylus quoque ardorem orantis quaquaversum arguens admodum emphaticus, nobis creaverint voluptatem, animique commotionem excitaverint piissimam. Ea vero virtutis atque pietatis specimina ut messem in aeterna vita uberrimam b. Parenti, ex gratia divina promiserunt, ita etiam in hoc seculo jam benedictione divina ornatum condecoratumque præstiterunt. Ejus enim fuit conditionis vita, quam hujus ævi habuit b. Socer, ut gratiæ & bonitatis divinæ plenissimam, qualis hic ulla esse potest, judicaverit ipse grata mente benignitatem Dei recolens. Namque cum ad publica munia obeunda eundem admovisset providi Numinis manus, non modo a morbis gravioribus ad vitæ fere terminum, mirando exemplo, liberum præstitit, sed & mentis dotibus & ingenii viribus eundem semper valere jusfit, ut demandato officio ad tertium ante obitum diem satisfacere potuerit. Laborum gravissimorum scholasticorum eum habuit fructum, idque magnum, ut sapius profitebatur, solatium, quod plurimos formaverit eruditos, doctos, Reipublicæ & Ecclesiæ utilissimos, probos item atque illustres quoque viros, Doctores, Professores, Ecclesiæ Ministros, Superintendentes, Consiliarios, ut non sine optimo fructu impendisse labores suos sentiret. Conjugium, quod cum DÜRFELEDIA sua dilectissima, ut diximus, iniverat anno 1718. felicissimum & prolificum reddidit provida suis divina bonitas. Prolem enim

ex



ex hac dulcissima sibi conjuge osculatus est ad 6 filiorum & 5 filiarum numerum. Eorum equidem liberorum octo cito admodum a terrenorum fati iterum liberati ad caelitem beatam adscenderunt sedem: reliquos vero tres naturæ & fortunæ dotibus, morumque integritate, Parentis omnium suavissimi solari labores, atque senectutis esse delicias, voluit benignissimus omnium rerum gubernator. Deo dirigente, per Serenissimi & Clementissimi Ducis Regnantis CHRISTIANI LUDOVICI gratiam, filium natu majorem IOHANNEM CHRISTOPHORUM vidit, Senex nunc beatus anno 1750 Ministerio publico admotum & Ecclesiæ Pinnovienſis, ex omnium ejus membrorum votis, Pastorem constitutum & ordinatum, atque deinde cum virgine nobilissima & peregrina GRANZIA Pl. Reverendi GRANZII Pastoris Pinnovienſis hæctenus fidelissimi nunc emeriti, filia natu majori nuptias celebrantem, & per triennium hæctenus ecclesiæ suæ, ut decet cordatum ecclesiæ ministrum, fidissimam curam habentem. Filius natu minor DAVID CHRISTIANUS anno 1752, Inaugurali Dissertatione habita & pro virili defensa summis in Jure honoribus ornatus, & ex eo tempore Praxi Juridicæ feliciter operam navans, magnum b. Parentis, a quo impense semper amatus fuit, excitavit gaudium. Tertiam natu, ex superstite prole, beate defuncti filiam, MAGDALENAM ELISABETHAM, anno 1748, cum annos 17 nata esset, conjugem ut mihi concederent b. Socer & Socrus, æstumatissima, propitium mihi Numen voluit, ut, quem anno 1730 Præceptorem atque hospitem veneratus eram mei amantissimum, nunc quoque colerem Parentem Socerumque charissimum omnique honoris & pietatis cultu filiali longe dignissimum. Eadem beati Parentis filia, ex eo, quo dulcius esse nequit ullum, mecum inito conjugio, cum filiam peperisset anno 1750 quam, inter partus dolores extinctam voluit sapientissima Dei providentia, secunda vice puerpera anno 1751 die 13. Novembris D. d. filiam enixa est FRIDERICAM ULRICAM LUDOVICAM AMALIAM, optimæ indolis & multæ spei infantem, quam ingenti b. Avus amoris affectu excepit & exosculatus est. Statu externo, quoad reliqua, gavisus est b. Socer, per Dei gratiam, ut in imperfecto hoc rerum statu esse potest, satis tranquillo, satis felici. Quamvis enim ab omni liberum infelicitate hoc seculum non præstet ullum, & paterna Dei voluntas filios etiam suos aliquando castigationibus regendos tegendosque judicet, idemque etiam Nostro contigerit, maxime, cum tot numerasset liberos ante Patrem vita decedentes, ut alia nunc taceamus; adversam tamen ille fortunam constanti semper animo tulit, certissime confidens, omnia his, qui Deum amant, cedere in felicitatem, totiesque expertus, quam alma divini Patris manus infinita bonitate & fide sapientissime & potentissime contra omnis generis mala suos custodiat.

Magno vero dolore correptus est, cum Collegam suavissimum suum *Davidem Sandevium*, priori anno vita defunctum, amisisset, plangens amicum, sociumque & testem laborum suorum atque, in officio explendo, fidelissimæ industriæ. A morte illius sui Collegæ iterum Rectoris & Con-Rectoris simul obeundum ipsi fuit officium: qui quidem susceptus secunda vice duplicatus labor quamvis post breve tempus iterum cessaverit, per ætatem tamen, & quæ circa idem temporis spatium incipiebat, corporis caducam valetudinem, fuit priori molestior. Et quamvis ingenti gaudio perfusi b. Senis labantes refici vires viderentur, cum novum Collegam in officio cerneret, quem quondam diligentissimum dilectissimumque adamaverat discipulum, Virum *Praecellentissimum* atque *Doctissimum* Dominum JOH. GABRIELEM PRIES, *Philos. Doctorem celeberrimum*, ad Con-Rectoris munus a Serenissimo

D

simo



fimo Duce Regnante vocatum, cujusque in officium publica Jolemnisque introductio ultimo, quod recensuimus, *Programmati* ansam praebeuit; sensim tamen sensimque debilitatae corporis vires prorsus labefactae morbum latentem suppressere non potuerunt. Praevaluit morbus sanitati, qui tandem validiorem vita genuit mortem, cum nec Medici Experientissimi atque Doctissimi Dni *Haberkornii*, solertissima cura solidissimaque medendi peritia, nec ulla diligentia, morbo mederi posset, quem ipse Vir Experientissimus verbis sequentibus delineavit.

Morbus, qui beatum nostrum celeberrimum Magistrum DAVIDEM RICHTERVM, intervivos eripuit, fuit tussis stomachalis. Et quanquam hoc malum jam satis esset ad beatum miserrime torquendum, accedebat tamen alius affectus, spasmus nempe Oesophagi, qui deglutitionem ciborum aequae ac potulentorum usque in ventriculum prohibebat, et assumta in medio Oesophagi haerentia faciebat: hinc ventriculi orificium sinistrum irritatum in ventriculo ipso motus convulsivos ita movebat, ut per vomitus, interdum cruentos, assumta iterum ejicerentur. Et cum hac ratione nutrimentum summe necessarium corpori detraberetur, vires indies languescere incipiebant: imo plane consumebantur. Et quanquam interdum per aliquot dies symptomata remissura viderentur cum spe restitutionis ad sanitatem, dum beatus noster per duos vel tres dies juscula emanentibus vomitibus assumere et retinere in ventriculo poterat spes bona mox, recrudescente malo, evanuit, cum vis morbi adhibitorum optimorum medicamentorum efficaciam eluderet, et sic beatum nostrum succumbere, animamque in honoratissimae modestissimae Viduae, totiusque honoratissimae Familiae summam tristitiam die Februarii 9. 10. hora antemeridiana efflare cogeret.


Deficiens Medici opera nullo modo terrorem incussit b. defuncto, sed placido is animo, ad mortem usque, sustinuit malum, probe convictus de spirituali felicitate, qua instructum per infinitae gratiae virtutem servavit animum. Convictio ergo ista cum mortis metum expelleret salutisque aeternae spem fiduciamque firmaret, tranquillo prorsus animo Pl. Rev. Dno. Magistro JOHANNI FRIDERICO HAHN, cui, quae hic recensemus gesta, debemus omnia, quique, cum a confessionibus ipsi fuisset, ultimis etiam ejus fati laudatissima praesens fuit opera, ipse nunciat, a Medico se corporali jam derelictum esse: converso deinde ad Sospitatoris infinitam bonitatem animo, ardentissimis precibus manibus Redemptoris redemptam infinito pretio animam commendat. Cumque nihil magis doleret, quam quod maligni, per continuos vomitus quidquid fumeret ejicientis, morbi ratio & accedens pietas Sacrae Cœnae usum vetaret, confessione facta absolutionem a Confessionario requisivit, obtinuit, & desiderii manducandi magnitudinem & ardorem solatus est veritate satis cognita: qui credit, manducavit, sive: Crede & manducasti. Ea mente cum ultimam benedictionem, pleno polleus rationis & intellectus usu, sacratissimorumque affectuum, qui animum compleverant, bene conscius, a Confessionario recepisset, *ευδαμονως* vere christianae exemplum praebuit, placideque & inter suspiria, die 9 Februarii anni 1753. ætatis 65 & Rectoralis dignitatis 27. beate extinctus est.

Dolent extinctum Uxor Vidua lugentissima liberique superstites maestissimi, lugent Collegæ, desiderant discipuli, plangunt amici. Itos omnes ut ex beata morte mecum capiant rogo, si quæ tristissima hæc nobis fata permittant, solamina. Deus vero omnibus provida manu adsit, servet ad longævam ætatem pientissimam matrem, liberisque, collegis, & amicis beate defuncti largissima manu solatia atque omnis generis bona distri-
buat, atque *ευδαιμονως* omnibus tandem largiatur vere Christianam
& ad æternam vitam ingressum exhibentem
longe saluberrimam.






[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



LBMV Schwerin 33
000 184 241







que exstantiori fortuna, dicenda videbantur. Avum Paternum B. Socer
 it CHRISTOPHORUM RICHTERUM natum *Vittebergae* ao. 1624.
 Jul. Patre DAVIDE RICHTERO, et Matre DOROTHEA GER-
 RDIA, deinde civem Rostochiensem, et in aeris Cyprii operis artifi-
 honestatis et pietatis laude non exigua vitam integram ornantem.
 m b. Socer coluit MARIAM KRIEGELIAM, filiam DAVIDIS
 EGEL, Civis et Cyprifabri *Rostochiensis*. Avum Maternum venera-
 st B. Socer, ut jam meminimus, Consulem *Teteroviensem* Nobilissimum,
 stissimum, et de civitate sua meritissimum JOACHIMUM SCHMIDT.
 m Maternam habuit HANNAM SCHMIDIAM, piam, castam, et
 i laude sexus sequioris dignissimam. His majoribus, piis, honestis-
 gavifus B. Socer, quamprimum in lucem editus, eodem die, curante
 tissimo Patre, coram testibus, pietatis laude ornatissimis, ministerio B.
Schroederi, sacro baptismatis fonte initiatus est. Natum hunc suum ut
 lectu et sapientia ornare Deus vellet, supplex rogavit Parens, et voti
 notem se per gratiam divinam sensit, cum, filium ex ephebis exceden-
 studia literasque ferri instinctu, intelligeret. Hic ergo
 lgentissimo Parente ingenio indulgit literasque sectatus
 nferioribus Gymnasii Patrii classibus satis firmasset latinita-
 um fundamenta prima, anno 1705. die 5^{to} Octobr. ex se-
 a classem introductus, triennium ibi commoratus, institu-
 s B. *Joachimi Ottonis*, et maxime *M. Jacobi Dürfeldii* avidis-
 anno 1708, cum Rostochium in Academiam abiturus es-
 t scientiae specimen singulare in Gymnasio *Gustroviensi*
 posset, respondendo Theses miscellaneas in festo Petri et Pau-
 ra B. *Pfeifferum*, S. R. *Dnum. D. Stieberum*, *Hellwigium*, viros suae
 praestantissimos, tum *Gustroviae* commorantes, *Opponentium*
 s, praeter eos, quos ex condiscipulorum numero B. noster
 entes. *Rostochium* deinde profectus B. FECHTIUM vene-
 m, et Praelectionibus tum temporis Philosophorum et
 ostochiensium, maxime B. GRÜNENBERGII, FECHTII,
 . ASC. ENGELKENII, ea diligentia interfuit, ut anno
 B. FECHTIO in Cathedra Theologica defenderit *Examens*
culi de justificatione contra Fabricium Helmeftadiensem. Deinde
Jenae floret, Academiam visitavit, ibidemque per aliquot
 s, Philosophos atque Theologos maxime celebres, prae-
 , BUDDEUM, DANZIUM, alios, et diligentiae ad-
 profectus, ut anno 1715. die 8 Junii, summos in Philoso-
 nificeretur, eodemque anno et mense specimen eruditionis
 Cathedram, respondente JOH. LAUR. BECMANNO,
 uisitionem afferens, quae ex loco Lev. XXI, 16. הכהנים
 ibebat. Publicis deinde Praelectionibus operam navavit et non
 aufu indixit publice et praelegit *Collegia Philosophica* et *Philolo-*
 elementa Philosophiae, et *Danzii Grammaticam Ebr. Chald.*
toria, Rabbinica, Exegetica, Homiletica, Disputatoria, Examinato-
 o iis non impendebatur tempus istud suis privatis tribuit
 nquisivit sedulo, quae deinde in lucem edere poterat inde-
 triae documenta. Namque iterum ao. 1716. funestissimis
 uncionum fati, quos nefandissima auri fames adeo arsit, ut
 re, quam precibus et labore uti, maluerint, occasionem prae-
 beanti-

